



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Annvs Diervm Illvstrivm Societatis Iesv. siue in Anni dies  
digestæ Mortes Illvstres Eorum qui ex eadem Soc. Iesu, in  
odium fidei, pietatis, &c. ... confecti sunt**

**Nádasi, János**

**Romæ, 1657**

P. Ioannes Ogilbæus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44029**

## P. Ioannes Ogilbæus.

Scotus  
Glasquæ  
10. Mart.  
1615.  
stat. 34.  
Sec. 18.

Fides.

Græcij in Austriae Pro-  
uincia, Philosophiæ Theo-  
logiæque curriculum, multâ  
& ingenij & virtutis laude  
confecit. Anno 1613. in  
Scotiam penetrauit; pluri-  
busque ad orthodoxas par-  
tes ac Sacramenta perductis,  
anno 1614. 14. Oct. in car-  
cerem ea de causa detrusus  
est. Pseudo-Episcopus ala-  
pam Ioanni infregit, obie-  
cto furenter, instar criminis,  
quod missas Papisticas cele-  
brare fuisset ausus in Vrbe  
reformata. Cùm infestis  
vnguibus, & vi variâ vexa-  
retur, miranti cuidam quod  
hæc optaret, ultròque inui-  
taret potius quam timeret,  
respondit; omne supplicium  
in hac causa sibi triumphi  
nobilis instar esse. Multa-

va-

variè, atque astutè interrogantibus, respondit doctè, cautè, ingeniosè, promptè, Catholicè, ac sæpè iucundè. Obiectantibus læsæ maiestatis crimen haberí, dicere quòd Pontifex habeat iurisdictionem spiritualem in Anglia; respondit: esse de fide quòd habeat. Num id chirographo testari, seu subscribere auderet, petenti; respondit: Etiam sanguine. & subscriptis. Fame deinde longâ, multis ærumnis, & coortis inde febribus; disputationibus quoque, vexatus, ferreæ ducentarum librarū perticæ duobus annulis in nexus, muneribus inuitatus; post pollicitationes, & minas, per octo dies dormire non permisus (cùm interea semper stylo, aciculis pun-  
ge-

*Patientia.* geretur, ac vellicaretur) admirationem mouebat, quod latè benediceret ijs qui ei malè vel dicebant vel faciebant. Dicentibus; missas à Rege prohibitas esse; respondit: à Christo esse imperatas. Reus mortis pronunciatus, quod missas celebrasset, ac ad fidem Papisticam, quempiam adduxisset; ei qui eapropter pronunciatam in illum mortis sententiam illi nunciauit, (vti & carnifici) amplexum, & omnibus alijs gratiam reddidit. Patibulum amplexu, & osculo veneratus, post fusas preces, spiritualem Papę iurisdictionem iterum affirmauit. Ministro petenti, num adhuc doctrinam Papistarum teneret de cultu & inuocatione Sanctorum, respondit: Se hoc

*Fides.*

fir-

firmissimè tenere quod doceret Ecclesia. Inter scandendum scalas ad furcā, orabat attente, Deiparę Virginis, & Sanctorum opem implorans, & spem suam in Christi sanguine fitam esse dicens Anglicè ac Latinè. Suspenso illo, coortus est clamor, pœnas infontis sanguinis non à populo, sed ab ijs qui eius rei sunt, repetendas esse clamantium. Funere resesto, corpus loculo inclusum, in reorum loco est conditum.

P. Emmanuel Barretus.

Quintodecimo ætatis anno in India Societatem inijt, spiritualis posteà in ea Coadiutor. Iaponiæ utilem dicendo industriam nauans, idoneum planè ingenium, atrulit ad operas animarum

Chri-

Lusitanus.

Quanti in:

Iap.

II. Mart.

1620.

ætat. 56.

Soc. 41.